

PROF. JOACHIM HILDEBRAND

Fakultät	Theologische Fakultät
Geboren	1623 in Walkenried
Gestorben	1691 in Celle
Kurzvita	Theol. Prof. in Helmstedt (1643–1644, 1652–1662); Generalsuperintendent in Celle (ab 1662);
Ehefrauen	Anna Margarete Hildebrand geborene Wissel (14.07.1631–14.04.1671), Heirat 1653; Anna Sophie Hildebrand geborene Hering, Heirat 1672
Porträt	HAB: A 9638
Quelle	
GND	https://d-nb.info/gnd/116802936
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-105-hildebrand

Lehrstühle

1643–1644 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

1652–1662 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

Ämter

1662: Celle, Generalsuperintendent

Vorlesungen (28)

M. Ioachimvs Hildebrandvs ubi inchoatam Sacrae Historiae Synopsin expedierit, purioris aevi Historiam Ecclesiasticam a Nato Christo juxta seculorum ordinem percensebit: [...], Wintersemester 1652/1653

[...] privatim Collegium SS. Antiquitatum habebit., Wintersemester 1652/1653

Ioachimvs Hildebrandus post exhibitum Vitae D.N.I.C. Compendium residuos in Historia Passionis SS. Antiquitatum articulos exponet. Post in seculis a. N.C. eorumq. Imperatoribus, Episcopis Rom. Patribus, Haereticis, Concilijis enarrandis perget., Sommersemester 1653

[...] Privatim Theologiam Patrum aliudve ex usu futurum Collegium ordietur., Sommersemester 1654

Ioachimvs Hildebrandvs D. in Historia Ecclesiastica Quinti & sequentium seculorum res gestas Imperatorum, Rom. Pontificum, Doctorum, Haereticorum, Conciliorum percensebit. Disputationes olim caeptas complebit. [...], Sommersemester 1654

[...] Privatim Historiam Reformationis tradet., Sommersemester 1655

Joachimvs Hildebrandus D. cum quod nuper caepit, Hagiologium absolverit, ad Historiam Ecclesiasticam IX Seculi revertetur. Pro re nata disputabit. [...], Sommersemester 1655

Joachimvs Hildebrandvs D. in Ecclesiae Historia Haereses a Nato Christo percensebit earumque succinctum examen instituet. [...], Sommersemester 1656

[...] Disputando praecipuas, quas Protestantibus Pontificij impingunt, Haereses, & proxime Arianam discutiet. Subsequentur, de Concionibus Veterum Exercitatio. Sed nec privato, quod

petitum est Collegio Studiosis deerit., Sommersemester 1656

Joachimvs Hildebrandvs D. absoluto nuper Haereseon Syllabo, in Ecclesiae Historia per omnia a Nato Christo secula Patres, Doctores, Scriptores sacro, Scholasticos & alios in Ecclesia illustres Viros eorumque Vitas & Scripta succincte commemorabit. [...], Wintersemester 1656/1657

[...] Theologiam Academicam privato Collegio caeptam sedulo continuabit. [...], Wintersemester 1656/1657

[...] Disputando publice in Examine Haereseon, quas Protestantibus Pontificii impingunt, perget., Wintersemester 1656/1657

[...] Privatim Dogmata Theologiae Academiae expediet eorumque compendium luci publicae dabit. Pro re nata disputabit., Sommersemester 1657

Joachimvs Hildebrandvs D. Patres Ecclesiae primis V. Seculis fere recensuit. Proxime Doctores mediae aetatis & Scholasticos enarrabit, iisque absolutis Historiam Conciliorum publice interpretabitur., Sommersemester 1657

Joachimvs Hildebrandvs D. Conciliorum a nato Christo Historiam, quam ob Academiam nuper dissipata auspicari nondum potuit, proxime Deo dante, publice ordietur tamq., ἐν ἐπιτομῇ referet. Enchiridio SS. Tractatum, quod jam edidit, libellum precu subnectet, Disputationes Theol. ordine, quo coepit, continuabit. [...], Sommersemester 1658

[...] Privatim Theologiam Casuum vel Prudentia Juris sacri aliudve, quod expedies visum fuerit, auditoribus exponet., Sommersemester 1658

Joachimvs Hildebrandvs D. in tradendo de Diebus Festis libello adhuc occupatur, quo expedito Veterum Christianorum Funera ritusque funebres, Coemeteria, Epitaphia, Preces pro defunctis, SS. Reliquias aliaque mortalitatis μνημοσυνα ex Hist. Eccl. monumentis proponet. Reginonis Prumiensis Codicem hactenus nondum excusum de Discipl. Eccl. jam fere edidit. Dispp. Theol. quae restant, absolvet., Sommersemester 1659

Joachimvs Hildebrandvs D. varios olim a se collectos SS. Antiqq. libellos revidebit eosque emendatiores Auditoribus suis proponet, initium facturum a Veterum Baptismo. Sed nec caetera officio suo deerit, quantum quidem per negotia Academici ViceRectoratus licuerit., Wintersemester 1659/1660

[...] Collegium Historicum domi caeptum pertextet. Pro re nata disputabit., Sommersemester 1660

Joachimvs Hildebrandvs D. in recensione Sacrorum publ. Veteris Ecclesiae ad Conciones Veterum pervenit, quibus brevi exhibitis SS. Antiquitates in Eucharistia & Baptismo publice referet. [...], Sommersemester 1660

Joachimvs Hildebrandvs D. expeditis Antiqq. e S. Scriptura collectis varios Religiosorum ordines ad mores antiquos revocabit, inde porro de Moribus Vet. Christianorum acturus. [...], Sommersemester 1661

[...] Disputabit de SS. Controversis quoties aderit Respondens. [...], Sommersemester 1661

[...] Privatim Dogmata Theol. vel aliud ex usu futurum Collegium inchoabit. Priscae & primitivae Ecclesiae Artem bene moriendi, ac juxta de Natalitiis Veterum libellum publici juris jam facit., Sommersemester 1661

Joachimvs Hildebrandvs D. cum Ordines monasticos absolverit, de Hierarchia Vet. Ecclesiae leget; ea cum Hieromonarchia R. Pontificis conferet hujusque ab illa immane discrimen ostendet; Post illa Disciplinam Veterum accedet. [...], Wintersemester 1661/1662

[...] Collegium disp. Theol. quod privatim caepit, pertextet. [...], Wintersemester 1661/1662

[...] De Nuptiis Ver. Christianorum Dissertationem edi curabit: sed nec publice disputaturis deerit.,

Wintersemester 1661/1662

Joachimvs Hildebrandvs D. Vet. Ecclesiae Hierarchia absoluta, de Veterum Christianorum Disciplina Ecclesiastica, Exomologesi, Satisfactionibus, Censuris Canonice, Indulgentiis & de similibus ex SS. Antiqq. Lectiones ordinarias instituet. [...], Sommersemester 1662

[...] Vnum & alterum libellum proxime in publicum emittet. De variis argumentis, quorum nona jam sunt sub praelo, disputabit, nec caetera officio suo deerit., Sommersemester 1662

Dissertationen (47)

Donatio Constantini Imperatoris Facta (ut aiunt) Sylvestro Papae, 24.08.1661. VD17 1:004098U

De Conscientia Variisque Eius Casibus Exercitatio Moralis, 10.04.1652. VD17 23:255882L

De Lege Dei Aeterna Disputatio Moralis, 09.08.1651. VD17 12:160627C

De conscientia variisque ejus casibus, 10.04.1652. VD17 547:622087R

Disputatio theologica De deo opt. max cum primis naturaliter cognoscibili, 14.09.1653. VD17 23:276752W

Disputatio theologica De attributis divinis, 31.12.1653. VD17 23:686729S

Disputatio theologica De quatuor novissimis, 10.05.1654. VD17 1:067247X

Disputatio theologica de una Sancta, catholica et apostolica ecclesia, 31.05.1654. VD17 23:276764T

Exercitatio theologica De ritibus sacris, 05.05.1655. VD17 3:019254Y

Discussio haereseon Aerii quas protestantibus pontificij impingunt circa discrimen episcoporum et presb. preces, et oblationes pro defunctis: stata ieiunia; &c., 17.05.1656. VD17 32:709234X

Subiecti theologici disputatio prima De creatione universi, 31.01.1657. VD17 1:056208W

Disputatio theologica De haeresi in genere, 31.05.1657. VD17 23:620498T

Disputatio theologica Tribunal christi hoc est de extremo iudicio, 30.06.1657. VD17 7:705767Z

Disputatio theologica prima De praestantia, usu et scriptoribus theologiae, 22.08.1657. VD17 3:011006L

Disputatio theologica secunda De theologiae constitutione et divisione, 29.08.1657. VD17 3:011006L

Theses theologiae De baptismo, 31.08.1657. VD17 1:053257H

Disputatio theologica tertia De sacra scriptura, 05.09.1657. VD17 3:011006L

Disputatio theologica quarta de deo o.m. et divinis attributis, 10.09.1657. VD17 3:011006L

Disputatio theologica quinta De s.s. trinitatis mysterio, 07.08.1658. VD17 3:011006L

Disputatio theologica sexta De morte corporis et statu animae post mortem, 14.08.1658. VD17 3:011006L

Disputatio theologica septima De resurrectione, iudicio, damnatione et vita aeterna, 01.09.1658. VD17 3:011006L

Disputatio theologica octava De creatione universi, 11.09.1658. VD17 3:011006L

Disputatio theologica nona De angelis, 1658. VD17 3:011006L

Disputatio theologica decima De imagine dei, 02.10.1658. VD17 3:011006L

Disputatio theologica undecima De peccato originali et actuali, 30.10.1658. VD17 3:011006L

Disputatio theologica duodecima De praedestinationis gratia, 20.11.1658. VD17 3:011006L

Disputatio theologica decima tertia De Christo incarnato, 30.11.1658. VD17 3:011006L

- Disputatio theologica decima quarta De communicatione idiomatum, statu et officio Christi.,
31.12.1658. VD17 3:011006L
- Disputatio theologica decima quinta De conversione hominis peccatoris ad deum, 26.02.1659. VD17
3:011006L
- Disputatio theologica decima sexta De justificatione, 14.05.1659. VD17 3:011006L
- Exercitatio theologica De providentia dei, 29.06.1659. VD17 23:649100C
- Disputatio theologica decima septima De sanctificatione, renovatione et bonis operibus,
18.02.1660. VD17 3:011006L
- Disputatio theologica decima octava De sacramentis in genere et in specie de baptismo,
25.02.1660. VD17 3:011006L
- Disputatio theologica decima nona De ss. eucharistia, 10.03.1660. VD17 3:011006L
- Disputatio theologica vigesima et ultima De ecclesia, 21.03.1660. VD17 3:011006L
- Exercitatio theologica De invocatione et precibus, 28.09.1660. VD17 23:276772K
- Diatribes theologicae Contra pontificios de genuinis verae antiquitatis notis secundum vicentium
lerinensem ejusque in probandis fidei dogmatibus autoritate et pondere, 17.10.1660. VD17
3:010400G
- Dissertatio De veterum concionibus, 28.02.1661. VD17 12:109788Z
- Theses miscellaneae Ex theologia depromptae, 20.06.1661. VD17 12:160618D
- Disputatio theologica De ss. eucharistia contra pontificios, 24.07.1661. VD17 35:719350P
- Tractatio historico-juris publici Donatio Constantini imperatoris facta sylvestro papae, 24.08.1661.
VD17 12:142148Y
- Disputatio I. De lachrymis christi, 24.08.1661. VD17 3:603206Q
- Disputatio theologica In qua controversiae theologicae ad primam philosophiam quam vulgo
metaphysicam vocant revocantur, et beneficio principiorum, ac distinctionum ejus discutiuntur,
30.09.1661. VD17 3:015317H
- Exercitatio theologicae De episcopis, 03.05.1662. VD17 1:010704D
- Exercitatio De episcopis altera, in qua de iuribus episcopalibus seu de potestate ecclesiastica
praecipue tractatur, 08.10.1662. VD17 1:010776Q
- Dissertatio Joachimi Hildebrandi S. Theol. D. ... Antiquitates Ex universa Scriptura, 1700. VD17
12:175383V
- Dissertatio Veteris Ecclesiae, Martyrum Inprimis Et SS. Patrum Ars Bene Moriendi, 1690. VD17
12:175379K

Beteiligung an Dissertationen (10)

- Respondent in: Scheurl Heinrich Julius (Präses): De Virtutis Natura In Genere Exercitatio Moralis,
30.09.1643. VD17 23:238255N
- Gratulant in: Johannes Elias Reu (Präses): De Gradibus Necessitatis Exercitatio Logica Prior,
31.01.1654. VD17 23:638913T
- Respondent in: Balthasar Cellarius (Präses): Disputatio sexta De ss. Trinitate personarum in deo,
29.10.1651. VD17 n. gefunden
- Respondent in: Balthasar Cellarius (Präses): Disputatio quarta De aeterna beatitudine ac
damnatione, 24.09.1651. VD17 n. gefunden

Respondent in: Balthasar Cellarius (Präses): Disputatio theologica De erroribus circa deum opt. max. in ecclesia obortis, 16.06.1653. VD17 23:271999Q

Respondent in: Balthasar Cellarius (Präses): Disputatio quinta De deo opt. max., 11.10.1651. VD17 3:018177Z

Respondent in: Balthasar Cellarius (Präses): Disputatio tertia De statu animae post mortem, resurrectione mortuorum et supremo iudicio, 03.09.1651. VD17 n. gefunden

Respondent in: Balthasar Cellarius (Präses): Disputatio secunda De sacra scriptura, 06.08.1651. VD17 3:018177Z

Respondent in: Balthasar Cellarius (Präses): Disputatio prima De constitutione natura et partibus theologiae, 12.07.1651. VD17 3:018177Z

Respondent in: Konrad Horneius (Präses): Disputatio theologica De vera praesentia corporis et sanguinis D.N. Jesu Christi cum pane et vino in ss. eucharistia, 25.11.1648. VD17 23:237949V

Reden und Programme (1)

Joachim Hildebrand: Oratio De Fundatione Academiae Iuliae ... Acceßit V. Cl. Henrici Meibomii olim Hist. Prof. in hac Acad. Celeberrimi De Fundatione Urbis Helmstadiensis Lectu digna Oratio

Rechenschaftsberichte

Zeitraum	31.12.1652
Text	Anno Christi MDCLIII / Mense Ianuario propter incidentia Festa et susceptum in causa sontica iter ab habendis lectionibus cessare me oportuit / Magister Ioachimus Hildebrandus
Quelle	37 Alt 204, H.1, 109
Zeitraum	31.01.1653
Text	Anno Christi MDCLIII / Mense Februario Historiam Vitae Christi exorsus Sanctissimas Antiquitates, quae in historia Nativitatis Dominicae, Magorum, Praesentationis, Fugae in Aegyptum, iuxta ac in praecipuis Christi miraculis enarrantur, exposui / Duas fere septimanas cum propter sectionem anatomicam legi non posset, demo abfui / Magister Ioachimus Hildebrandus
Quelle	37 Alt 204, H.1, 109
Zeitraum	28.02.1653
Text	Anno Christi MDCLIII / Mense Martio Passionis Dominicae Historiam de tempore Studiosis paulo copiosius exponere caepi, exhibitis praesertim Sacris Antiquitatibus quae in singulis Historiae illius articulis occurrunt, et ad formandas quoque conciones inservire possunt / A Dominica Laetare hebdomas cum propter nundinas cum propter incidens Festum Annunciationis vacat. Sequenti hebdomade a dominica [Laetare] ob varia nec differenda negotia lectiones sistere me oportuit. / Magister Ioachimus Hildebrandus
Quelle	37 Alt 204, H.1, 109
Zeitraum	30.09.1653
Text	Anno Christi MDCLIII / a Festo Michaelis / Mense Octobris in Historia Eccles.

Quelle	Tertii a Nativitate Christi Seculi Vitas et Scripta Patrum Ecclesiae exhibuit: Ob iter Northusanum de sontica causa susceptum per duas hebdomadas impeditus / Ioachimus Hildebrandus Doctor 37 Alt 204, H.1, 73, 111 (Duplette)
Zeitraum	30.11.1653
Text	Anno Christi MDCLIII / Mense Decembri (postridie Kalendis) Vitas Imperatorum Quarti Seculi nec non Vitas et res gestas Romanorum Pontificum eius aevi pertexui / Collegium quoque privatum omnium nostri temporis controversiarum expedii / Ioachimus Hildebrandus Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.1, 74, 110 (Duplette)
Zeitraum	09.01.1655
Text	Anno Christi MDCLV / Mense Ianuario / Finitis feriis natalibus / die 9 Ianuaris in publicis Lectionibus ad Historiam Ecclesiasticam VII. Seculi accessi et illius aevi Caesares atque Pontifices exposui. / Non legi XXII et XXIII. Ianuarii ob ruptam venam; / nec XXX Ianuariis ob nimium frigus / Privatim originem et progressum dierum festorum tradidi. / Ioachimus Hildebrand Doctor
Quelle	37 Alt 2489, 17
Zeitraum	31.01.1655
Text	Anno Christi MDCLV / Mense Februario / In Historiam Ecclesiasticam VII Seculi progressus Patres, Hareses, Concilia absolvi / Inde ad IIX Seculum transiens Caesares Iconoclastas et aliquot Papas eius aetatis proposui / Non legi Kalendis Februarii / nec postridie Kalendas Februarias quod essent Vigilia et Festum Purificationis / nec VI. Februario propter publicam orationem / nec die XV et XVI ob morbum / Privatim legi de Veterum Baptismo atque Eucharistia / Ioachimus Hildebrandt Doctor
Quelle	37 Alt 2489, 18
Zeitraum	28.02.1655–24.04.1655
Text	Anno Christi MDCLV / Mense Martio / Historiam Pontificum IIX Seculo ut et Virorum Illustrium, Haeresium, Conciliorum istius temporis expedii / Caepi quoque Hagiologium, in quo Vitas Sanctorum ad singulos totius anni dies, vera et veri similia a fabulis secernens exponere aggressus sum, et ab eodem mense Martio usque ad XXIV. Aprilis perveni / Collegio privato Sanctas Antiquitates traditis iis, quae de Veterum Precibus, Laesionibus, Hymnodia, Concionibus restabant, absolvi / Publice non legi XVI. Martio ob raucedinem / nec XX Martio ob funus Academicum. / Ioachimus Hildebrand Doctor
Quelle	37 Alt 2489, 19
Zeitraum	30.04.1655
Text	Mense Maio Anno Christi MDCLV / Non tantum diebus ex Aprili residuis post septimanam Paschae in Hagiologio, in quo vera a fabulis secernens Vitas Sanctorum totius anni stili, perrexi, sed et Mense Maio Hagiologium et Maii et Iunii absolvi / Caepi a Vita Sancti Alberti, quae in 24 Aprilis incidit / Substiti in Vitis Sancti Petri et Pauli Disputationem conscripsi eo habui de Ritibus Sacris /

- Quelle Non legi XV Maii ob negotia Facultatis nec XXIV Maii ob Festum Ascensionis /
Ioachimus Hildebrand Doctor
37 Alt 204, H.2, 56
- Zeitraum 31.05.1655
Text Mense Iunio Anno Christi MDCLV / In Hagiologia pergens Vitas Sanctorum
Apostolorum, Patrum, Doctorum Ecclesiae, quorum memoria in mensem
Iulium incidit, fere absolvi / Substiti in Vita Sancti Iacobi Apostoli cui diebus est
25 Iulio / Non legi in Septimana Pentecostes / Nec XII et XIV Iunio ob Examen
Candidatorum Philosophiae / Nec XXIX Iunio ob eorundem Promotionem /
Ioachimus Hildebrand Doctor
- Quelle 37 Alt 204, H.2, 57
- Zeitraum 30.06.1655
Text Mense Iulio Anno Christi MDCLV / Praeter id quod mense Iulio restabat,
Hagiologium Augusti absolvi / Per septimanam non legi ob iter
Hannoveranum / Nec IX Iulio ob nundinas / Nec XXVII Iulio ob negotia
Facultatis / Caeteris ad publica statutis diebus omnibus legi et in Vita Sancti
Ageidii, quae in Kalendis Septembris incidit substiti / Ioachimus Hildebrand
Doctor
- Quelle 37 Alt 204, H.2, 58
- Zeitraum 31.07.1655
Text Mense Augusto Anno Christi MDCLV / Hagiologiam mensis Septembris caepi
et statis diebus una cum hagiologio mensis Octobris absolvi / Substiti in
Mense Novembri in Vitis Martini Lutheri et Martini Turonensis cuius dies in XI
Novembris incidit / Non legi 2, 7, 14 Augusti ob Disputationes Inaugurales in
Facultate Iuridica / Ioachimus Hildebrand Doctor
- Quelle 37 Alt 204, H.2, 59
- Zeitraum 31.08.1655
Text Mense Septembri Anno Christi MDCLV / In Hagiologia Mensis Novembris
progressus Vitas omnium in Mense Novembris et Decembris Sanctorum,
adeoque totius anni hagiologium absolvi / Non legi III et IV et VI ob
praegnantem causam domesticam / Per eosdem quoque aestivos menses
Tractatum de Precibus veterum Christianorum contexui eumque hoc mense in
publicam lucem emisi / Ioachimus Hildebrand Doctor
- Quelle 37 Alt 204, H.2, 60
- Zeitraum 08.01.1656–31.01.1656
Text Anno Christi MDCLVI / Mense Ianuario / Post exactos dies festos die IIX
Ianuario in percensendis Ecclesiae historicis perrexi eosque exhibui, qui post
Reformationem vixerunt, quales sunt Baronius eiusque Annales Centuriis
Magdeburgiensibus oppositi, Thuanus, Casaubonus, Münsterus cum sua
Cosmographia, Büntingus cum Chronico, Scaliger, Sethus Calvisius aliique
plures Chronologi, qui Patrum et nostra aetate floruerunt, addito de Singulis
doctorum iudicio / Non legi X Ianuario ob mutationem ViceRectoratus, nec XIV

Quelle	Ianuario ob minusculum iter / Publicae luci dedi Tractatum de Priscis Orandi Ritibus / Ioachimus Hildebrandt Doctor 37 Alt 204, H.2, 61
Zeitraum	31.01.1656
Text	Anno Christi MDCLVI / Mense Februario / Auctores nostrae aetatis, qui in Historia Ecclesiae claruerunt, absolvi / Legi autem de Chytraeo, Reineccio, Meibomio, Boxhornio, Alstedio, Helvico eiusque Theatro Historico, Cluverio, Iohannes Laeso, pappo et cetera horumque in historia scriptis, quibus in notitiam Auditorum deductis, XIV Februario Auctores enarrare caepi, qui Vitas Caesarum exposuerunt, exorsus ab Historia Augusta / XXII Februario Syllabum eorum texui, qui acta Romanorum Pontificum consignarunt / Ultimo Februario illos exhibui, qui de Viris illustribus scripserunt vel martyrologia texuerunt / Non legi Kalendis Februario ob vigiliis Festi Purificationis Nec XIX Februario ob convivium nuptiale / nec XXI Februario ob adventum hospitem, nec XXIX Februario ob Consistorium privatum / Ioachimus Hildebrand Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 62
Zeitraum	29.02.1656
Text	Anno Christi MDCLVI Mense Martio / Primis Martii diebus de scriptoribus Virorum illustrium quales sunt Hieronymus, Palladius Galata, Gennadius Massiliensis, Isidorus Hisp., Beda, Usuardus, Metaphrastes, Trithemius, Surius etc. egi / XX Martio de Collectoribus Canonum, Iuris Canonici, Conciliorum etc. legi / XXIX Martio Scriptores Haeresiorum, quales sunt Irenaeus, Tertullianus, Epiphanius, Philastrius, Augustinus, Theodoretus, Damascenus et recentiores plures, quosque ad finem Martio exhibui / Non legi XIII Martio ob usum medicamentorum; nec XXIV et XXV Martio ob Festum Annunciationis et Vigiliis Festi / Ioachimus Hildebrand Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 63
Zeitraum	31.03.1656
Text	Mense Aprili Anno Christi 1656 / Finitis Paschae feriis libellum de omnium Seculorum Sectis, die Martis post Dominica Quasimodogeniti caepi facto initio a Sectis ante Natum Christi obortis / Egi enim de Moscholacris, Baalitis, Keliognoticis, Cultoribus Miplezet, Molochi, Rempham etcetera Io. de Tribus Sectis, quae tempore Christi exsiterunt, puta de Pharisaeis, Sadducais et Essenis / Legi statis diebus, excepto biduo ob morbum / Ioachimus Hildebrandus Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 64
Zeitraum	30.04.1656
Text	Mense Maio Anno Christi 1656 / Legi publice de Haeresibus primorum Seculorum a Nato Christo, enim de Simonianis, Ebionitis, Cerinthianis, Nicolaitis, Menandrianis, Basilidianis, Gnosticis, Valentinianis, Marcionitis, Encratitis, Tessarescaidecatitis, Montanistis, Chiliastis et Origenianis / Disputationem publicae luci dedi et habui / Haec vero erat Discussio Haereseon Aerii, quas Protestantibus Pontificii impingunt / Semel non legi ob negotia Facultatis / Ioachimus Hildebrandus Doctor

Quelle	37 Alt 204, H.2, 65
Zeitraum	31.05.1656
Text	Mense Iunio Anno Christi 1656 / Perrexi in Syllabo Haereseon et publice legi de Thnetopsychitis, Theodotianis, Partripassianis, Tertullianistis, Samosatensianis, Novatianis, Angelicis, Manichaeis, Melangismonitis, Apostolicis, Arianis eorumque sociis Exucontiis, Dulianis, Eusebianis, Acacianis. Item de Photinianis, Macedonianis et Pneumatomachis, Donatistis, Circumcellionibus, Euchetis, Sataniacis, et Apollinaristis / Non legi per unius hebdomadis quatrduum ob necessarium iter / Ioachimus Hildebrandus Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 66
Zeitraum	30.06.1656
Text	Mense Iulio Anno Christi 1656 / In Epitome sequentes Haereses exhibui: Legi enim publice de Anthropomorphitis, Antidicomariaditis, Collyridianis, Iovinianis, Vigilantianis, Pelagianis et Semipelagianis, Nestorianis et Eutychianis, Armeniis sive Staurolatris, Thalmudistis, Acephalis, Abdoniis, Monotheletis, Aphtartodocetis, Agnoetis, Tritheitis, de origine Religionis Turcicae, de Iconoclastis et Iconolatris et Agnicolis / Eodem mense Theologiam Academicam collegio privato auspiciatus sum, quod adhuc quotidie domi meae pertracto / Non legi per biduum ob nundinas, et altera vice ob veneficam Schönlingae combustam, cuius vivicomburio Studiosi spectatores aderant / Ioachimus Hildebrandus Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 67
Zeitraum	31.07.1656
Text	Mense Augusto / Anno Christi 1656 / In Historia Haereseon publice statis diebus legi de origine Missae Solitariae, Purgatorii, Transsubstantiationis / Item de Praesentia Corporis Christi in Sancta Eucharistia seculo IX negari caepta, de Berengarianis, Petrobrusianis, Waldensibus per iniuriam temporum olim inter Haereticos relatis, de erroribus Petri Abelardi, Gilb. Porretani, Davidis de Dinanto, de Templariis, Wiclefitis et Hussitis, quibus et ipsis nota Haereseos iniuste videtur impacta / Non legi semel ob Promotionem in Facultate Philosophica / Ioachimus Hildebrandus Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 68
Zeitraum	31.08.1656
Text	Mense Septembri Anno Christi MDCLVI / Sectas superiori et hoc nostro seculo caeptas publice exposui et legi de Sacramentariis, Pontificiis, Calvinianis, Anabaptistis eorumque variis sectis, de Cocinianis, Arminianis, Flacianis, Synergistis, Huberianis [...] / Atque ita Historiam Haereseon die XI Septembris absolvi / Die sequenti novum libellum Historiae Ecclesiasticae de Sanctorum Patrum Vitis et Scriptis incepti / Non legi semel ob nuptias N.N. et [?] ob disputationes Inaugurales / Ioachimus Hildebrandus Doctor
Quelle	37 Alt 204, H.2, 92

Zeitraum	06.10.1656–23.10.1656
Text	Mense Octobris Anno 1656 / Statim ob hebdomadem post Michaelis die 6. Octobris lectiones publicas exerus [?] Historiam Doctorum Ecclesia incepti et diebus 9 ac 11 enarrandis utilitatis huius Historiae impendi / Die 13 Petri Apostoli Vocationem et res gestas ex Sanctis literis / Die 14 ea, quae de Petro in Historia Ecclesia traduntur enarravi / Die 16 Octobris Privilegia, quae Romanus Pontifex a Petro derivat ex Antiqua Ecclesia refutavi / Die 17 Octobris Petri certamina cum Simone Mago primo Haeresiarcha, et martyrium exposui / Non legi 7 Octobris ob nuptias frequentatas / Die 18 Octobris Soceri obitum rescivi ideoque propter luctum per dies aliquos domi me continui, donec XXIII Octobris Hannoveram ad funus Soceri curandum proficiscerer, cui itineri quod residuum erat, mense Octobri impendi / Joachimus Hildebrandt Doctor
Quelle	37 Alt 2489, 48
Zeitraum	04.11.1656–28.11.1656
Text	Mense Novembri Anno 1656 / Ab itinere Hannoverano redux, die 4 Novembris Festa Petri versus 8, Cathedra Petri, Catenarum Petri etcetera eorumque origines et abusus iisdem invectes ostendi. / Die 6 Novembris Pauli Apostoli Vitam ex Sanctis literis exposui / Die 7 de epistolis Pauli earumque ordine contentis, autoritate disserui / Die 10 Vitam Pauli ex Ecclesiae Historia retuli / Die 11 non legi ob disputationem inauguralem Medicam / nec die 13. Novembris ob promotionem Doctoralem in Facultate Medica / Die 14. Novembris legi de Sancto Andrea Apostolo Scythiae et de Sancto Bartholomaeo / Die 17 et 18 non legi ob nundinas / Die 20 Vitam sancti Iacobi Maioris et Minoris absolvi / Die 21 de Sanctis Philippo et Matthaео Evangelista egi / Die 24 non legi ob paroxysmum febrilem / nec 25 ob usum medicamentorum / Iterum legi diebus 27-28 de Sancto Iohanne Apostolo et Evangelista / Ioachimus Hildebrandt Doctor
Quelle	37 Alt 2489, 47
Zeitraum	01.12.1656–16.12.1656
Text	Mense Decembri Anno 1656/ Kalendis Decembris de Vita Sancti Thomae / die 2 de Simone et Iuda [...] et de Matthia legi cum quibus Vitas Apostolorum finii / Die 4 Decembris legi de Viris Apostolicis Marco et Luca Evangelistis, et Timotheo Episcopo Ephesino. / Die 5 Decembris de Sancto Clemente Romano / Die 8 Decembris de Sanctis Ignatio et Dionysio Areopagita / die 9 Decembris de Sanctis Polycarpo et Iustino martyre legi / Die 11 Decembris reliquos patres secundi seculi ἔργα exhibui / Die 12 Decembris de Tertulliano / die 15 Decembris de Origene / die 16 Decembris de Sancti Cypriano legi / Post illa propter iter necessarium Hannoveranum denuo subeundeum / partim ob incidentes ferias legere non potui / Privatim per hoc trimestre Theologiam Academicam quotidie continuavi / Ioachimus Hildebrand Doctor
Quelle	37 Alt 2489; 37 Alt 204, H.2, 46; 84
Zeitraum	08.01.1657–30.01.1657
Text	Anno Christi MDCLVII / Mense Ianuario / Finitis feriis die 8 Ianuario in Historia Patrum Ecclesiae perrexi nec tantum Sancti Cypriani vitam absolvi, sed et de

	Gregorio Thaumaturgio. die 9 de Dionysio Alexandrine et de Babyla Anciocheno. / Die 12 De Sancto Laurentio in craticula ac de Iulio Africano / Die 13 Non legi ob funus consulis. / Die 15 Quartum seculum auspicans de octo Patribus Cardinalibus in genere. / Die 16 De Sancto Achanasio eiusque quinque Exiliis. / Dies 19 De Scriptis Sanctus Achanasii eiusque contra Arianos actis. / Dies 20 De Sancto Basilio M. / Die 22 Non legi ob mutationem Vicerectoratus. / Dies 23 De Gregorio Nazianzeno. / Dies 26 De Ambrosio Mediol. / Dies 27 Non legi ob funus academicum. / Die 29 De scriptis et obitu Sanctus Ambrosii. / Die 30 De Sanctus Hieronymus legi. / Ioach. Hildebrand doctor
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 26
Zeitraum	02.02.1657–27.02.1657
Text	Anno Christi MDCLVII / Mense Februario / Die 2 Februario Non legi ob Festum Purificationis. / Die 3 Februario Vitam Sancti Hieronymi absolvi. / Dies 5 Expeditis Vitis Patrum Cardinalium Seculi IV ad reliquos eiusdem aevi dedit accesum initio facto ab Arnobio Afro et Lactantio. / Dies 6 De Paphnutio Confessore et de Hosio Cordubensi. / Dies 9 Ac sequentes non legi tum propter initium Quadragesima cum propter rationes graves domesticas quibus ab octo Lectionibus per duas hebdomadas prohibitus sum. / Die 23 De Sancto Hilario Pechaviensi ac de Ehiphano. / Die 24 Non legi ob disput. Inauguralem Iuridicam. / Die 26 De Martino Turonensi. / Die 27 De Sancto Cyrillo Hieros. de Sanctus Ephram Syro et de Optato Milevit. legi. Publicae quoque de Creatione Universi disputavi. / Ioach Hildebrand doctor
Quelle	37 Alt 2490, Fol.
Zeitraum	02.03.1657–20.03.1657
Text	Anno MDCLVII / Mense Martio / Die 2 Martio De Eusebio Caesareensi, Scriptorum illo Historiae Ecclesiasticae / Die 3 De aliis quinque Eusebiis, qui quarto seculo floruerunt nempe de Eusebio R.P. de Eusebio Nicomediensi, Vercellensi, Samosateno, Emisseno / Die 5 De Gregorio Nyseno et Theophilo Alexandrino / Die 6 De Prudentio Poeta Christiano, et Ruffino Aquileiensii et sic Historiam Patrum quarti seculi absolvi / Die 9 Ad seculum Quintum conversus de Sancto Augustino / Die 10 De Sancto Chrysostemo / Die 12 De Sancto Cyrillo Alexandrino eiusque contra Nestorium / Die 13 De Theodorato eiusque contra Entychen actis / Die 16 et 17 Non legi ob nundinas / Die 19 De Socrate et Sozomeno scriptoribus Historiae Ecclesiasticae / Die 20 De Severo Sulpitio et Nectario Constantinopolicensi [?], qui publicam confessionem apud graecos abrogavit, publice legi. Post illa ob ferias paschales non legi Privatim in Collegio Theol. Academico quotidie perrexi. Ioachim Hildebrand Doctor
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 27
Zeitraum	07.04.1657–25.04.1657
Text	Mense Aprili / Anno Christi MDCLVII / Finitis Feriis Paschae ad lectiones publice reversus / Die VII Aprili In Historia denuo [?] Ecclesiae seculi V. perrexi et de Sancto Leone Magno et de Petro ob auream facundiam dicto Chrysologo legi. / Dies IX Aprili Non legi ob disputationem Inauguralem Medicam / Dies X De Maximo Taurinensi et Caesaris Arelatensi, et Synesio Ptolemaidis

Quelle	Episcopos / Dies XIII De Vincentio Levin et de Sedulo, Poeta Christiano / Dies XIV De Orosio eiusque Historia, et Paulino Nosano legi / Dies XVI Non legi ob disputatio Inauguralis Iuridica nec. / Dies XVII Ob abitum Convictoris in Serenissimus Nostri aula facti ecclesiae / Dies XX Legi de Prospero Aquitanico et Cassiano, auspice Semipolagis [?] / Dies XXI De Salviano et Gennadio Massi ut Dionysio Exiguo / Dies XXIII Non legi ob Disputationem Inauguralem Iuridicae nec / Die XXIV Ob foundationem Academiae / Die XXVII De Simeone autore Stylita et Remigio Apostolo Francorum / Dies XXIX Historiam denuo [?] seculi VI coepi et de Sancto Gregorio Magno egi. / Dies XXX Vitam Beatii absolvi / Ioachim Hildebrand doctor 37 Alt 2490, Fol. 30
Zeitraum	04.05.1657–29.05.1657
Text	Mense Maio / Anno Christi MDCLVII / Ipsi Kalendis Maii de Sancto Benedicto Patre Monachorum Occidentis. / Die 4 De Sanctis Fulgentio, Alcimo Avito et Fortunato. / Die 5 De Cassiodoro eiusque Tripartita et Iordano [?] primo originis germanici Scriptore. / Die 7 Non legi ob Festum Ascensionis / Die 8 De Gregorio Turonensi, et historiam dedi seculi VII exorsus de Isidoro Hispaniolo / Die 11 De XII Apostolis Germaniae inferioris ex Anglia missis / Die 12 De Sancto Chiliano Fundatore Ecclesiae Würzburg et Sancto Amando Apostolo Flandriae, Wilfredo doctore Frisio, et Leodegavis / Die 14 Ad Doctores seculi IIX progressus de Venerabili Beda legi. Post illa non legi ob septimanam Festum Pentecostes / Die demum 26 Legere denuo coepi de Iohanne Damasceno et Paulo Warnefrid, Postillarum autore / Dies 28 Legi de Sancto Ludgero fundatore Coenobii Helmstadiensis et Werdensis, et de Theodore Studitas, autore Monachorum insomnium. / Die 29 Vitam Sanctus Bonifacii eiusque in fundandis Germaniae ecclesiis fervorem ostendi / Ioachim Hildebrand Doctor 37 Alt 2490, Fol. 29
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 29
Zeitraum	10.06.1657–25.06.1657
Text	Mense Iunio / Anno Christi MDCLVII / Ipsi Kalendis Iunii Auctio librorum Hollandicorum caepa usque ad X Iunio fuit producta et propter hanc lectiones publice interea cessare oportuit. Post illa in honesta cause necessarium iter mihi subeundum à publice lectionibus me prohibuit usque ad XVI Iunio inclusive / Dies XIX Ad ordinarias lectiones redii et vitas dedit Seculi IX exorsus de Photio Patriarcha Constantinopolicensis et Simeone Metaphraste, et Haymone Halberstadiense / Die XIX De Rabano Mauro et Strabo autore Glossae Ordinariae et Paschasio Radberto / Die XXII De Anastasio Bibliothecario R. E. de Aimonio eiusque Historiae Franciae / Die XXIII Ad seculum X accessi et de tribus illius aevi Historicis, Luidprando Ticino, Thodoardo et Widekindo. / Legi dies XXV De Leone Sapiente, et Hattone episcopo Moguntiensi / Die 26 De Odone, et Dunstano Angliae episcopis et Willichisio episcopo Moguntiense nato ex patre rhedario / Diebus XXIX et XXX vehementia catarrhi Lectiones meas inhibuit. Sub fine Iunii de Natura Haereseos disputatio Luci publice data. / Ioach. Hildebrand doctor. 37 Alt 2490, Fol. 28
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 28

Zeitraum	31.03.1658–30.04.1658
Text	Anno C. MDCLIX / Mense Aprili / Ab initio huius anni usque ad Festum Paschatos publice legere non potui, quod cum plerisque Dominis Collegis ob metum contagii domo abessem, et reversis nobis caetus studiosorum deesset. Post illa cum Studiosorum numerus sensim auctius fieret, legere volentem ante Festum Paschae acutus morbus prohibuit. Interea variis Moralibus Materiis I. de Christo Crucifixo II de Iustificatione III. de Providentia Dei erga pios. IV. De Via Christo paranda V. De Solatiis contra mortem VI. de Poenis Inferni Euchiridion implevi idque adiecto Precum libello in lucem, publicam emisi. Poste Hebdomada Paschae. / Die XXII Aprilis HISTORIAM Conciliorum coepi et in genere de Conciliis legi. / Die XXIII De Conciliis oecumenicis. / Die XXV De divisione concil. in Nation. Provinc. et Diocesana. / Die XXVIII De Conciliis Approbatis Reprobatis dubiis. / Die XXIX De Ritibus habendi Concilia. / Die XXX De Praeside Conciliorum. / Ioachim Hildebrand doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 50
Zeitraum	03.05.1658–25.05.1658
Text	Anno MDCLIX Mense Maio / Die III Maii Concilium ψευδώνυμον, quod Baronio primum est et Matth. XVI, 13 examinavi. / Die IV. De Synodis Apostolorum, praesertim Hierosol. Act. XV Legi. / Die VI De Symbolo Apostolorum. / Die VII De Canonibus Apostolorum, qui vulgo dicuntur. / Die X De Septem Conciliis Secundi Seculi, quorum acta perierunt, in causa ψευδώνυμον / Diebus XI et XIII Non legi ob iter ad nuptias in vicinia / Die XIV Concilia Tercii Seculi contra Arabes et Thneropsychicas / Die XVII Concilium Carthaginiense de Baptismo Haereticorum / Die XIIX Concilia contra Catharos vel Novacianos recensui / Die XX Non legi ob Festum Ascensionis / Die XXI De Concilio Sinuassano [?] legi et Historiam Concilii Nicaeni exorsus sum / Die XXIV De Actis in Synodo Nicaena contra Arianos / Die XXV De Canonibus Nicaenis legi. Caeteris Maio residuis diebus ob Festum Pentecostes non legi / Ioachim Hildebrand doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 51
Zeitraum	07.06.1658–24.06.1658
Text	A. C. MDCLIX Mense Iunio / Finita Septimana Pentecostes / Die VII Iunio Historiam Concilii Oecumenici II. np. Constantinopolitani contra Pneumatomachos tradidi / Die IIX De Conciliis Ancyrano et Neocaes. / Die X De Sangrensi et Antiocheno / Die XI De Sardicensi et Laodiceno legi / Die XIV Ob adventum Hospitum legere integrum non fuit / Die XV De Concilio Eliberino et duobus Arelatensibus legi / Diebus XV et sequentes usque ad XXI ob necessarium iter Hannover. domo abfui ideoque legere non potui. / Die XXII De Concilio Ariminensi et Romano sub Damaso contra Apollin. et Chiliastas coactu legi / Die XXIV Ob Festum Iohannes Baptistae non legi, sicut nec caeteris Iunii diebus partim ob examen publicum partim ob promotionem Candidatorum in Facultatem Philosophicam exceptis / Die XIIX, Quo legi de Aquileiensi et Caesaraugust. Conciliis. / Ioachim Hildebrand Doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 52

Zeitraum	02.07.1658–31.07.1658
Text	Anno 1658 / Mense Iulio / Kalendibus Iulii de Conciliis Burdegalensi contra Priscillianum, et Toletano 1 in quo Processio Sp. S. à Patre Filioque asserta; Verumque seculo IV exeunte fuit / Die 2 Iulio Ob Festum Visitationis Mariae non legi / Die 5 De IV Conciliis Carthaginensibus seculi IV legi. / Die 6 Famosa seculi IV Concilia ab Arianis habita, inprimis Synodos IV Antiochenas / Die 8 Iulio Concilium Syrmiense contra Photinum; Tyrium contra Sanctum Athanasium Hieresolym. propter Eneaenia actum / Die 9 Iulio Selenciatum ab Eusebianis habitum exposui iisque finem Seculo IV imposui. Eadem Lectione Seculum V auspiciatus Concilium Latrocinale. / Die 12 Iulio Concilium Oecumenicum contra Ephesinum et Nestorium / Die 13 Oecumenicum Concilium IV. Chalcedone contra Eutychem recensui / Diebus 15 [et] 16 Non legi ob urgentem rationem domesticam. / Die 19 Milenitanum contra Pelagium. / Die 20 Arausicanum contra Semipelagianos / Die 22 Tria Carthaginensia contra Apellationes Transmarinas / Die 23 Concilium Telense contra Iovinianum / [v] / Rhegiense contra Episcoporum Armentarium; Romanorum in causa Sixti Papae de stupro accusati, et duo Vasensiae in quibus de Oblationibus pro defunctis et nomine R. P. ex diptychis recitando / Die 27 Concilii Berylensi contra 16am [?] hominem è Persia et Veneticum de moribus Clericorum / Die 29 Arelatense III de Excubiis ad funera, et Carpentoractense de Legatis ad pias causas. / Die 30 Turonense de castimonia clericorum, et denique Conciliabulum Carthaginensium à Gothis barbaris contra Homousianos actum publice exposui et sic cum mense Iulio Concilia seculi V absolvi / Die 31 Iulio Disputationem de Deo et Attributis Dei conscriptam publici habui. / Ioachim Hildebrandus doctor
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 53
Zeitraum	02.08.1658–31.08.1658
Text	Anno 1658 / Mense Augusto / Die 2 Augusto Seculum Sextum aggressus Concilium Oecumenicum V. de tribus Capitulis, et de erroribus Origenis / Die 3 Sex Romana Concilia in causa Symmachi Papae. / Die 5 Agathense de Communione Peregrina et Laica in clericos statutis, et Aurelianense de Bonis Ecclesiasticis / Die 6 Concilium Epaunense de Monasteriis Virginum et Tarraconense contra subintroductas / Die 9 Caesaraugustanum de Sancta Eucharistia à Templo non ferenda, Gerundense de Baptismo extra Pascha et Pentecostes non conferendo; Herdense de Nuptiis in Quadraginta et Adventu non agendis / Die 10 Valentinum de Exequiis Episcoporum; Toletanum II de pueris à clero educandis, et Arvernense de rebus ad Tempa pertinentibus / Die 12 Tria Aurelianensia I. adversus illiteratos clericos, II. de Constitutione Episcoporum, III. de observantia Paschae. / Die 13 Hispalense contra donationes Episcoporum, et duo Parisiensia. / Die 16 Turonense II de anno instata [?] ieiunia diviso; Aurelianense V de Xenedochio, Toletanum III de Rege Reccaredo ad Fidem Catholicam converso / [v] / Die 17 Duo Matisconensia, alterum de amictu, alterum de Reverentia Clericorum, quibus seculum sextum absolvi. Inde ad Seculum VII pergens. / Die 19 Augusto Concilium Oecumenicum VI contra Monotheletas. / Die 20 Trullanum Quinisextum / Die 23 Concilia Toletana Quartum de Insignibus Clericorum, Quintum contra rebelles in Hispania, sextum de Symbolo Fidei / Die 24 Toletanum Septimum de factioso Episcopo Hispalensi, Octavum de Religione Iuramenti. Nonum

- circa Dotes Ecclesiae; Decimum de Festo Annunciationis / Die 26 Toletana, XI de neglectu Conciliorum, XII de Ervigio Rege intruso, XIII de relaxandis oneribus publicis. / Die 27 Romanum sub Gregorio Magno de Schola cantorum, Antisiodorensis contra superstitiones ethnicae; Hispalensis contra Acephalos / Die 30 Tria Bracaraensia. unum contra residuos Priscillianistas II. de Baptizandis. III qua more intingenda hostia in vinum, quibus seculum VII. terminavi / Die 31 Ad Octavum seculum accedens Concilium Oecumenicum VII. Nicaenum II. de Cultu Sanctae Trinitatis, alteram de Morte et Statu Animae post Mortem habui. / Ioachimum Hildebrandus doctor.
- Quelle 37 Alt 2491, Fol. 54
- Zeitraum 02.09.1658–28.09.1658
- Text Anno 1658 / Mense Septembri / Die 2 Septembri Synodum Francofurtensem contra Adoptionarios, et de Cultu Sanctorum Imaginum. / Die 3 Concilium Ravennatense contra Leonem Imperatorem Iconoclastem, Londinense de recipiendis in Anglia Sanctis Imaginibus, Romanorum in quo Constantium Papam vivum combustum Marianus Scotus refert. / Die 6 Ad seculum Nonum progressus Epolitanum, in causa Photii Patriarchae, vulgo Oecum. IIX. / Die 7 Forisulianense contra Felicem Urgelitanum, Theovillanum de Sacerdotibus non laedendis, Arelatense IV de Feriis Dominicalibus. / Die 9 Turonense III. de studiis clericorum, Catilense II pro Confessione auriculari, Moguntinum de Scholis Caenobiorum / Die 10 Rhemense de Officiis Clericorum, Parisiense de Scholis per Galliam ordinandis; Valentinum contra duella. / Die 13 Tria Aquisgranensia, Unum de Ecclesia ad priscos mores conformanda, alterum de Oblationibus Sacris, tertium de Rectoribus, Ecclesiarum, Provinciarum, Cenobiorum / Die 14 Wormatiense de non comedendo suffocato et sanguine et Triburicense de defunctus in Templo non Sepeliendis, cum quo Seculum Nonum expedit. / Die 16 Exorsus seculum Decimum, quod cum glevile sit, non nisi tria Concilia Romana in causa Schismatis Pontificium coacti. / Die 17 Nametense de Examine Ordinandorum, inde Seculum Undecimum ingressus Concili / [v] / um Salegunstadiense de Carrinis veterum. / Die 20 Concilia Laterana contra Berengarium in re Sacramentaria. / Die 21 Concilia ab Hildebrando Papa contra Henricum IV. / Die 23 Non legi ob disputationem Inauguralem in Iure. / Die 24 Concilium Erfurdense de Caelibatu Clericorum, et seculum Duodecimum auspiciatus, Trecense concilium de Templariis actum publice tradidi. / Die 27 Tria, Pontificis Oecum. Concilia Lateranensia, quorum ultimum inprimis contra Waldenses habitum est. / Die 28 Varia Concilia Seculi XII. de Investituris Episcoporum, et Clericorum Caelibatu acta exposui, Residuis Septembris diebus, quod feriae Michaelis essent, non legi. Eodem mense disputationes theol. IV elaboravi, unam de Resurrectione, Iudicio et Vita aeterna, alteram de Creatione, tertiam de Angelis, quartam de Imagine Dei easque omnes publice habui. / Ioachim Hildebrand doctor
- Quelle 37 Alt 2491, Fol. 55
- Zeitraum 04.10.1658–29.10.1658
- Text Mense Octobri / Anno MDCLIX / Post Festum Michaelis. / Die IV Octobris De concilio Lateranense IV in causa set. Lombardi. / Die V De Concilio Ludumensi contra Optimum Principem Fridericum et Lugdun. II de Expeditione in Terram Sanctam. / Die VII De Concilio Reginoburgensis in quo Papa Antichristus et

	<p>Herbipolensi, in quo Papa Romanus [?] vultur dictus. / Die IIX De Concilio Viennensi contra Templarios. / Die XI De Concilio Gallicano qua Fratericellos, et de Maguntino, in quo Templarii innocentes se probarunt LXII Non legi ob funus studiosi. / Die XIV Ad Seculum XV progressus de Concilio Pisano, in quo duo Pontifices depositi. / Die XV Non legi ob Festum Academiae, in quo Orationem (quae et typis prodiit) de Fundatione Academiae habui. / Die XIIX De Concilio Constantiensi, qui tres Papas deposuit et convocationem sub una sanctibus [?]. / Die XIX Historiam Ioachim Huss in eodem concilio combusti. / Die XXI De concilio Basileensi, in quo calix Hussitis concessus et Festum Visitationis Mariae institutum. / Die XXII De Concilio Ferrariensi, quod disputationes cum graecis complectitur. / Die XXV / [v] / De Florentino, in quo de Unione Florentina et Instructione Armeniorum. / Die XXV Seculum XVI auspiciatus de Concilio Lateranensi, quod eodem fuit anno, quo per M. Lutherum coepta est Reformatio. / Die XXIX et XXIX De concilio Tridentino, quod Pontificiis Conciliorum omnium Summa est, legi eodemque Historiam Conciliorum a N. C. complevi. / Ioachim Hildebrand doctor</p>
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 56
Zeitraum	01.11.1658–15.11.1658
Text	<p>Mense Novembri / Anno MDCLIX / Die I Historiam Colloquiorum Superioris seculi exorsus de Colloquio Lipsiensi inter Lutheranos et Eccium, et de Comitibus Wormatiensibus. / Die II De Colloquio Ienensi inter Lutheranos et Carlstadium et de Badensi, inter Eccium et Oecolamp. / Die IV Non legi ob Disputationem Inauguralem Medicam. / Diebus V et IIX Historiam Augustanae Confessionis. / Die IX De Conventu Smalcaldico. / Die XI De Transactione Passariensi. / De XII De Colloquio Possiaceno cum Beza. / Die XV et sequentes Ad finem usque Novembris ob Auctionem Bibliothecae Dörrianae Lectum non fuit. Confeci interea et publice habui Disputationem de Peccato. / Ioachim Hildebrand doctor</p>
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 57
Zeitraum	02.12.1658–23.12.1658
Text	<p>Mense Decembri / Die II Historiam Form. Concordiae. / Die III De Colloquio Mompelgard. Cum Bera. / Die VII Historiam Ubiquitatis. / Die IX De Consensu Sandomiriensi et Syngrammate Suevico. / Die X De Colloquio Ratisponensi cui Cornelius Martinus interfuit. / Die XIII Non legi ob Disputationes Inaugurales Iuridicales. / Die XIV De Synodo Derdvacena qua Armin. [?] / Die XVI De Colloquio Thoruniensi, cui B. Calixt quoque interfuit, legi et denique Historiam Colloquiorum absolvi. / Die XX Quod Festum Nativitatis instaret Antiquitates Ecclesiae in Historia Nativitatis exponere coepi et de Tempore Nati Salvatoris deque Epocha Christiana / Die XXI De spelunca ad praesepe dicta, ubi natus est Christus et miraculis ibi factis. / Die XXIII De sceptro Iudeae et LXX Hebdomadibus Danielis ex Sanctis Antiquitatibus disserui. disputationes de Praedestinatione publice habui. Residuis diebus ob ferias non legi. / Ioachim Hildebrand doctor</p>
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 58
Zeitraum	10.01.1659–31.01.1659

Text	Anno MDCLIX / Mense Ianuario / Die X Ianuario in Historia Infantiae Christi perrexi et de Beata Virgine, Matre Domini / die XI de Pastoribus Bethlehemsis et Angelorum apparitione ex Sanctis Antiquitatibus legi / die XIII ob mutationem ViceRectoratus non legi / die XIV de Circumcisione Domini et de Nomine Iesu / die XVII de Magis gentium primitiis / die XIIX de Fuga Christi in Aegyptum legi eaque Historiam Infantiae Christi, qui tum erat de tempore, absolvi / die XX Libellum de diebus toto anno festis caepi exorsus ab Observantia Sabbati in Primitiva Ecclesia / die XXI de die dominico in locum Sabbati surrogato / die XXIV de Sacris Publicis Veterum / die XXV de festo Adventus et / de die Sancti Nicolai / die XXVII [später hinzugefügt] de die Sancti Thomae Apostoli / die XXIX de festo Conceptionis Mariae legi / die XXXI Originem et progressum Controversiae de Immaculata Conceptione Beatae Virginis exposui / Disputavi publice de Christo Incarnato / Ioachim Hildebrand Doctor
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol. 57; 126
Zeitraum	01.02.1659–28.02.1659
Text	Anno MDCLIX / Mense Februario / Kalendis Februarii de Festo Nativitatis Domini eiusque origine et encomiis apud veteres / die III de Ritibus et abusibus in Festo Natale olim invectis / die IV de Sancto Stephano Protomartyre / die VII de Sancto Iohanne Apostolo legi / Non legi die IIX Februarii quod nuptiis interesset / die X de Festo Innocentium / die XI de Kalendis Ianuariis olim ieiunio peractis / die XIV de Octava Nativitatis simulque de Octavis in genere / die XV de Festo Circumcisionis / die XVII de Festo Epiphaniae, priscis Theophaniae, Belphaniae, Phagiphaniae dicto / die XIIX de Purificatione Mariae legi / Non legi die XXI et sequentibus ob iter hac hebdomade necessario subeundem / XXV de Festo Cathedrae Petri / die XXIX de Festo Gregorii non legi / Publice de Communicatione Idiomatum disputavi / Ioachim Hildebrand Doctor
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.58; 130
Zeitraum	01.03.1659–25.03.1659
Text	Anno MDCLIX / Mense Martio / Kalendis Martiis de Bacchanalibus veterum malo more in Ecclesiam inductis / die III de die Cinerum / die IV de Quadragesima Veterum / die VII de Quadragesima Pontificia / die IIX de Poenitentia per Quadragesimam imposita et de Adamo Halberstadiense / die X de Dominica Laetare eiusque aurea rosa / die XI de Festo Annunciationis eiusque origine / die XII de Magna hebdomade et rigida veterum per eandem Disciplina / die XIV de Dominica Palmarum, quam vocant Pascha Floridum / die XV de veterum Hosianna / die XVII de Festo Caenae Domini quod vocant Natalem Calicis et Panis Vivi / die XIIX de Festo Crucis, quod est dies Parasceves, legi / die XXI et XXII non legi ob nundinas / die XXIV Pervigilium paschale exposui / die XXV ob Festum Annunciationis non legi / die primo magna hebdomadis de Vigiliis Veterum legi / Caeteris diebus ante Festum quod feriale essent, non legi / publice tamen de Conversione Hominis Peccatoris ad Deum disputavi / Scriptum hactenus ineditum Reginonis Prumiensis de Disciplina Ecclesiastica luci dedi / Ioachim Hildebrand Doctor
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol.59; 131

Zeitraum	12.04.1659–29.04.1659
Text	Mense Aprili / Anno 1659 / Exactis feriis Paschae die 12 Aprilis in libello de Diebus Festis progressus de Origine Festi Paschae eiusque Ritibus legi / die 14 Schisma Veteris Ecclesiae cum Tessaescaidecatitis recensui / die 15 legi de veterum quinquagintadiali festo, inter Pascha et quam hodie dicimus Pentecostem / Die 18 de Hebdomade paschali / die 19 de Dominica in Albis et quos pontificii eo die consecrant Agnis Dei / die 21 de Festo Ascensionis Christi / die 22 de Sancto Marco Evangelista et de panibus, quos vocant Marcesii / die 25 de diebus Rogationum / die 26 de Sancto Philippo Apostolo / die 29 de Iacobo Minore Fratrem Domini lectiones habui / Ioachim Hildebrand Doctor
Quelle	37 Alt 2492, fol.60
Zeitraum	01.05.1659–20.05.1659
Text	Mense Maio / Anno 1659 / Postridie Kalendas Maii de Festo Pentecostes legi / die 3 non legi, quod nuptiis interesset / diebus 5 et 6 de Ieiuniis quatuor Temporum legi / die 9 non legi quod dies precum esset pro frugibus terrae / nec die 10 ob Disputationem quandam Inauguralem nec / die 12 ob Festum Ascensionis / Legi die 13 de Festo Sanctissimae Trinitatis / die 16 de Festo Iohannis Baptistae / die 17 de Festo Corporis Christi legi / Non legi die 19 ob curandum funus domesticum / nec die 20 ob adventum hospitem / Hebdomas Pentecostes vacat, qua exacta in necessaria causa Hannoveram proficisci me oportui / Reginoni Prumiensi Appendicem iussu Serenissimi apposui / Ioachim Hildebrand Doctor
Quelle	37 Alt 2492, fol.61
Zeitraum	03.06.1659–28.06.1659
Text	Mense Iunio / Anno 1659 / Hannovera reversus, die 3 Iunio de Petro / die 6 de Paulo Apostolis / die 7 de Sortibus Apostolorum / die 9 de Iacobo Maiore, qui hodie Compostellanus dicitur / die 10 de Festo Catenarum Petri / die 13 de Festo Assumptionis Mariae / die 14 de Sancto Bartholomaeo Apostolo legi / Non legi die 16 Iunio ob Disputationem Inauguralem Medicam / Legi autem die 17 de Festo Michaelis / die 20 de Sancto Luca Evangelista / die 21 de Simone et Iuda Apostolis / die 23 de Festo Omnium Sanctorum / Post Festum Iohannis die 27 Iunio de Festo Omnium Animarum / et denique die 28 Historiam Vitae Lutheri adieci eaque libellum de Diebus festis obsignavi / Disputationem de Iustificacione edidi / Ioachim Hildebrand Doctor
Quelle	37 Alt 2492, fol.62
Zeitraum	30.06.1659–30.11.1659
Text	Ob continua eaque nunquam fere interrupta negotia Vicerectoratus academici, qui superiori Anno 1659 mihi erat [curandus] ab ordinariis lectionibus impeditus sum / Interea Reginonis exemplar Typis excusum de Disciplina Ecclesiastica cum duobus Codicibus MS Moguntino ac Viennensi contuli, iussu Magnificentissimi emendavi et Appendicem adtexui / Quae de caetero Programmata in dies festos, iuxta ac in causa disciplinae in lucem a me edita sunt, adiuncta exemplaria monstrant / Ioachim Hildebrand Doctor

Quelle	37 Alt 2492, fol.63
Zeitraum	19.01.1660–13.04.1660
Text	<p>Mense Ianuario Anno 1660 / Deposito Academiae ViceRectoratu die 19 Ianuario ad Lectiones publicas / die 24 eiusdem mensis redii et Sacra Publica Vet. Ecclesiae exponere aggressus sum praemissis nonnullis, quae in genere ad commendanda sacra facerent / die 26 de graecorum Synaxi et Liturgiis / die 27 de latinorum Missa / die 30 de prisco more convocandi populum per Theodromum, vel pulsu lignorum / die 31 de usu mallei et cymbali in SS legi / Mense Februario / Die 2 de Campanis earumque origine, usu et baptismo in Papatu / ut et de Locis SS Conventuum, Cryptis, Sacellis Coemeteriis / die 6 de Veterum Eucteriis, Kyriacis, Basilicis, Matyriis / die 7 de Templis eorumque partibus, gremio, choro, Porticu / die 9 de Vestibus Sacris Pallio, Oratio, Palmaticis, Infulis etc. / die 10 de Luminibus et lucernis in Templis / die 13 de Cereis in S. Purificationis consecrari solitis / item de vario usu luminum in Ecclesia / die 14 de Thuris suffitu et more thurificandi / [v] / die 16 de Ordine Sacrorum, qualem Iustinus sub finem Aplo. II. tradidit / die 17 de Introitu Missae, quem vocant / die 20 de Antiphonis Veterum / die 21 de vario usu aquae in SS. / die 23 de Aqua lustrali eiusque origine et abusu / die 24 de formula cavendi Kyrieelyson legi / diebus 27 et 28 non legi ob morbum / Mense Martio / Kl. Mart. legi de Litanis Maiori, quam septiformem vocant / die 2 de Litanis Minori, quae cum diebus Rogationum caepit / die 5 de Hymno Angelico in SS. Gloria in excelsis deo! / die 6 de formula salutandi populum: Pax vobis ! et Dominus vobiscum! / die 8 de Collectis aliisque precum formulis / die 9 de Origine SS Lectionum ad morem Synagogae / die 12 de Lectoribus et Acoluthis veterum/ die 13 ostendi quales Lectiones in SS per prima IV secula sint habitae / die 15 varios ritus circa SS Lectiones receptos exposui / die 16 de libris sacris Canonicis, Ecclesiasticis, Apocryphis, unde habitae Lectiones / die 19 / [54r] / de pericopis evang. et epist. qualibus hodie utimur / die 20 de Postillis Veterum atque hodiernis / die 22 de Concionibus veterum agere caepi initio facto a concionibus in V.T. habitis, quibus tres lectiones impendi unam die 22 / secundam die 23 tertiam / die 27, 29 [et] 30 habui de Concionibus Christi et Apostolorum <legi> / Mense Aprili / Postrid. Kl. Apr. de Cathedris Apostolicis seculo Primo fundatis / die 3 non legi ob Disp. Inaugur. in Facult. Iurid. / die 5 de Septem Diaconis concionantem cingentibus et de Notariis veterum / diebus 5 et 6 de Oratoria Eccl. Patrum seculi IV et V / die 9 de prisco applaudendi more et acclamationibus in Templis / die 10 de Suggestis et Ambonibus Veterum / die 12 non legi ob Consist. privatum / die 13 de Methodo Concionandi S. Chrysostomo recepta legi et Conciones Veterum absolvi / Interea domi elaboratis Dispp. Theol. IV. iisque publice habitis Compendium Ss. Institutionum ad finem perduxit / Ioachimus Hildebrandus Doctor</p>
Quelle	37 Alt 2493, fol.53-54
Zeitraum	01.05.1660–31.05.1660
Text	<p>Mense Maio Anno 1660 / Sub initium huius mensis diebus I, III [et] IV partim ob auctionem librorum, partim ob disput. Inaugur. Iuridicam non legi / Legi autem die VII de Missa Catechum. / die IIX de Missa Fidelium / Non legi die X ob promotionem Doctoralem in Facult. Iurid. / Legi die XI de Offertorio / die</p>

XIV de Canone Missae / die XV de Oblationibus Veterum / die XVII de Precibus Veterum ad Eucharistiam factis / die XIX de Precibus et missis pro Defunctis / die XXI de Praefatione/ die XXII de ritu consecrandi/ die XXIV de Elevatione hostiae / die XXV de Pane Sacro / die XXIX de Vino Sacro / die XXIX de Eucharistia Gnosticorum Cataphrygum et Artotyritarum / die XXXI non legi ob Festum Ascensionis / Ioachimus Hildebrand Doctor
Quelle 37 Alt 2493, fol.55

Zeitraum 01.06.1660–22.06.1660
Text Mense Iunio Anno 1660/ Kl. Iun. legi de Aquariis etc. qui circa SS symbola olim errarunt / die IV de Panifragio / die V de Calicibus Sacris, praesertim ministerialibus / die VII de veteri more communicandi / die IIX de ritu intingendi panem in calicem / die XI et XII, immo per totam hebdomadam, quod Festum Pentecostes esset, non legi / die XIX de origine et progressu Communionis sub una legi / die XIX de Orculo Sancto / die XXI de reverentia veterum erga SS Symbola / die XXII de communionem Laica, Clerica, Peregrina aliisque generibus communionum apud veteres / eoque SS Antiqq. circa S. Eucharistiam absolvi / Domi quotidie Collegium privatum, quo Imperii Romano-Germanici historiam complector, adhuc continuo / Ioachimus Hildebrand Doctor
Quelle 37 Alt 2493, fol.56

Zeitraum 26.06.1660–31.07.1660
Text Mense Iulio Anno 1660 / Post Festo Iohannis diebus mense Iunio residuis, die 26 Lectiones publicas de SS. Antiqq. circa Baptismum caepi ab origine SS. Rituum in genere / die 28 Iunio varios Iudaicos / die 29 varios gentiliū baptismos ostendi / Non legi die 2 Iulii ob F. Visitationis/ die 3 mysteria ethnica et christiana / die 5 varios ad Eoptiam gradus / die 6 Symbola et tesseras mysteriorum exhibui / die 9 et 10 ob nundinas non legi / nec die 12 ob mutationem ViceRectoratus / die 13 de Sacro Silencio mysteriis debito / die 16 de Catechumenis et prisco more catechizandi / die 17 de Audientibus et Communionem per Eulogias / die 19 de Missa catechum. legi / diebus 20 et 23 febr. contactus non legi / sed die 24 de Competentibus / die 26 de Capitilavio et lotionem pedum / die 27 de Paenitentia Catechum. / die 30 de Electis / die 31 de Scrutiniis legi / Ioachimus Hildebrand Doctor
Quelle 37 Alt 2493, fol.57

Zeitraum 02.08.1660–31.08.1660
Text Mense Augusto Anno 1660 / die 2 de Patris et Sponsoribus / die 3 de Baptistis et Colymbetris / die 6 de tempore baptismi, Pascha et Pentec. / die 7 de Aqua in baptismo et de immergendi ritu / die 9 de Baptismo adspersionis / die 10 de Formula baptismi / die 13 de Gynaeci baptismi vel de baptismo ioculari / die eadem [?] de baptismo campanarum / Non legi diebus 14 et 16 ob dispp. Inaugurales alteram in Medic. alteram in Iure / die 20 de Clinicis et Grabatariis / die 21 de Anabaptistis et Hemero baptistis / die 23 de annuo Abassinorum baptismi / die 24 de baptismo Haereticorum et Schismate Cypriani / Non legi die 27 ob necessarium iter / die 28 de Exorcismo / die 30 de usu crucis in bapt. et thuris suffitu / die 31 de veteri more renunciandi in

Quelle	bapt. / Ioachimus Hildebrand Doctor 37 Alt 2493, fol.58
Zeitraum	03.09.1660–24.09.1660
Text	Mense Septembris Anno 1660 / Die 3 et 4 ob nundinas non legi / die 6 de Professione Fidei in baptismo et Consecratione Aquae / die 7 de candidis baptizatorum vestibus / die 10 de Chrismate / die 11 de Communione Infantum et statione Neophyti / die 13 et 14 non legi ob dispp. Inauguralem in Facult. Iurid. / die 17 de gustatione lactis et mellis, et Convivio lustrico / die 18 Compendium rituum Baptismi ex Dionysio Areopagita / die 20 Compendium rituum baptismi ex Rabani Mauri Institutione Clericorum / die 21 et 24 de Necrobaptismo sive Baptismo [Griechisch] cuius Apostolus Cor. XV meminit, novem [?] explicatione Veterum iisque SS. Antiqq. circa Bapt. absolvi / Residuos ante Festum Michaelis diebus non legi ob duas dispp. Inaugur. in Iure et ob vigiliis fest / Ioachimus Hildebrand Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.59
Zeitraum	08.10.1660–30.10.1660
Text	Mense Octobri Anno 1660 / Post Festo Michaelis die 8 Oct. de SS. Antiquitatibus e S. Scriptura collectis agere caepi earumque usum et encomia exhibui / die 9 de ipsa S. Scriptura divisa in Pentateuchum, Prophetas et Hagiographa / die 11 de Apocryphis et Ecclesiasticis / die 12 de Pactis Legali et Evangelico legi / die 15 non legi ob Festum Academiae / die 16 de Pacto Veteri et Novo / die 18 de Pacto Abarhamico et Mosaico / die 19 de Abrech. Gen. 41, 43 / die 22 de Saphracophaneah Gen. 44, 45 / die 23 de exsecrandi formula: Pereat de Populo! legi / die 25 non legi ob disp. Inaugur. medicam / die 26 de Aegyptiis Pastores abominantibus / die 29 de Siclo Sacro et Profano, quos unum eundemque quoad valorem ostendi / die 30 de Festis Iudaeorum Stativis et Conceptivis legi / Ioachimus Hildebrand Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.60
Zeitraum	01.11.1660–30.11.1660
Text	Mense Novembris Anno 1660 / Kl. Nov. non legi ob Orationem M. Mejeri / die 2 legi de Sabbato Iudaico / die 5 de Festo Novilunii / die 6 de Festo Paschatis apud Ebraeos / die 8 de Agno Paschali inter duas vespas mactato / die 9 de triplici Caena Christi, et de Paschatitis legi / die 12 et 13 non legi ob nundinas / die 15 de Pentecoste Iudaica / die 16 de F. Iularum / die 19 de F. Expiationis et de Hirco Asasel / die 20 de F. Tabernaculorum et veterum Hosianna / die 22 non legi ob disp. Inaugur. Theol. / die 23 de Ieiuniis Quatuor Temporum et Diebus Purim / die 26 de Encaeniis Templi / die 27 non legi ob funus academicum / die 29 de Holocaustis, Hostiis Pacificis et expiatoriis / die 30 de Mincha et elevationis atque agitationis sacrificio legi / Ioachimus Hildebrand Doctor
Quelle	37 Alt 2493, fol.61
Zeitraum	03.12.1660–18.12.1660
Text	Mense Decembri Anno 1660 / Die 3 Dec. de Festis Orientalium eorumque loricatis peribolis / die 4 de Vrim et Thummim in Pontificis Pectorali / die 6 de

Curribus veterum in praelio falcatis ex Iudic. I. 14 / die 7 de Simsonis
aenigmate, et mola in carcere / die 8 disputavi publice de genuinis notis Antiq.
Ecclesiasticae / die 10 et 11 ob promotionem Doctoralem in Facult. Theol. non
legi / die 13 de Mipleret et Baal Peor / die 14 de Veterum unguendi et lavandi
ritu / die 17 de Moloch, Tophet et Valle Hinnom / die 18 de Solis curribus II
Reg. XXII, II. / die 19 de veterum Heliolatria legi / Vocatus postea a
Serenissimo Herzbergam itineri tempus residuum impendi / Ioachimus
Hildebrand Doctor

Quelle 37 Alt 2493, fol.62

Zitierhinweis

Prof. Joachim Hildebrand. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-105-hildebrand> [24.06.2026]